ipsi, q̃ alij Angli a Regina obedientia palam absoluerentur, plures etiam catholici Angli ad auxilia ipsis ferenda inuitarentur. Sed quum nihil tale a sua Sanctitate obtineri hactenus potuerit; ex ijs qui occidentem & austrũ inuolunt, vt quisq; catholicus maximè timuit cleũ, ita veritus ne in graue peccatum contra principem suũ arma sumẽdo, incurreret, ab auxilijs ferendis abstinuit. Interim tamen nos testes sumus quanta rũ diligentia nobiles ex Anglia ad nos miserint, vt scirent tum an sedes Apostolica quicq̃ adhuc promulgasset contra Reginã, tum an sine illius authoritate quirq̃ possent salua conscientia conari, vt se ab ista tyrannyde liberarent. Quoad primũ, respondimus nihil esse hîc publicatum, quod nos sciremus. quoad secundum, theologi grauissimi disserserunt, alijs non dubitantibus, quin absq; auctoritate Apostolica posset defendi catholica religio in ijs arcticulis qui sunt alioqui notissimi, alijs contra asserentibus vel necessarium, vel tutius esse, vt expectaretur summi pontificis sententia. Interim catholici (qui erant ad dies amplius triginta in castris) progressi sunt a septentrione versus meridiem expectantes maiora indies auxilia. Demum intellexerunt ne eos quidem ipsos quorũ ope in primis nitebantur, illis affuturos, praeterq̃ si Papa sententiam contra Reginã promulgaret. De quo enim dubitarent, dicebant id se non posse tuta conscientia facere. Iam potes coniicere, quid illis animi fuit. Itaq; cum vix quatuor millia hominũ (vt postea compertebamus) essent, confligendum vero illis esset cũ propè triginta millibus, quaesitũ est, vtrum confligere an cedere deberent. Ex comitibus alter volebat pugnare, alter vero cedẽdo ad tempus putabat. Tandem cum hostis instaret, communi consilio definitum est, vt omnes in Scotiam ad amicos Reginae Scotorum se conferrent, ibiq; expectarent sententiam sedis Apostolicae & amicorum auxilia. Sunt ergo in Scotia iam tribus ferè mensibus, omnes ferè nobiles. nec enim ad pugnam vllam deuenerunt, nec aliud iam aut sperant, aut petunt, q̃ vt sua Sanctitas legitima iuxta via in Reginam vtatur. Quo semel impetrato, & ipsi cum maioribus Scotorum auxilijs reuersuri sunt, & maximũ in Anglia fidelium a reliquis catholicis obtinebunt. Certum enim est multos nobiles Angliae non defuturos aut sibi aut catholicae fidei, cum semel intellexerint libera conscientia hoc posse armis tentari. Ergo si sua sanctitas tantum intimaret palam aggredi hanc causam, optimi quiq; catholici (qui procul dubio multi sunt & satis potentes) pro fide arma sumerent. Verum si & hoc sua sanctitas addendũ iudicaret, vt quicunq; pro catholica fide arma sumerent, ij fundos & agros ecclesiasticos iniquè acquisitos post paenitentiam

legitimè actam, retinere salua conscientia possent, & a restitutione liberari, fallimur, si tota nobilitas (exceptis paucissimis) fidem catholicam non propugnaret. Nihil enim eos perinde retardat ab eo re, q̃ quòd timent, ne si obedientia sedis Apostolicae restituta fuerit, a suis praedijs excidere cogantur. Alioqui enim sunt catholici penè omnes, quarũ ad rem suam nimium affecti. Sed quibus merito queas confidere, sunt ex comitibus, et Baronibus ferè sex aut septem; ex equitibus & alijs nobilibus inferiorum ordinum supra mille. Haereses autem non nisi quinq aut sex comites infecti sunt, reliqua haereticorum multitudo tota constat ex paucis clericatus auliris, & sedentarijs opificibus. Nam rusticana turba quae & longè maxima est, & sola in bello strenuissima operã nauat, tota catholica est. Duo igitur sunt apud vos procuranda. Vnum, vt sua sanctitas in Reginã Elizabetham aliquid publicè moliatur: alterum, vt excitet nobiles ad fidem catholicam defendendam, ea conditione, vt si eam propugnauerint, paenitentiam de fundis iniustè partis agant, a restitutione liberentur. Quae duo si fierent, viri prudentissimi iudicarant, non modo catholicos ad vnũ omnes, sed praeterea omnes neutros, & quosdam etiam ex schismaticis pro catholica fide arma sumpturos. Adeo a papa vel timent fundis suis in futurum, vel nunc eo timore liberari exoptant. Tales enim agri vix ab vllis emuntur iusto pretio, sed tanq̃ res vitiosae vilius addiri solent. Haec ad te eò plenius scripsi, non tantum vt scires ea; sed multo magis vt Deo & ecclesiae ipsius vsui esses, dum ijs malis remediũ pro viribus tuis adhiberes. Certo enim coniicimus aliquos ex Anglis hac aestate in armis futuros. quo tempore si & fidei causa posset adiungi, prorsus nobiscũ agi putaremus. Ergo illustrissimos Cardinales nostros, Holcum & Comendonũ adibis, eosq; de ijs rebus rectiores faries, addesq; supra modum admirari tum Anglos omnes, tum catholicos qui hîc sunt, quid sit q̃ pontifex nolit his tantis occasionibus ad beneficium ecclesiae vti: praesertim, cum neq; Rex Philippus iamdiu commercia ineat cum Anglis, neq; Gallus aliud expetat, q̃ vt Angliae Regina sit domi exercenda, vt ab ope suis hostibus ferenda retardetur. Iam si (quod putamus) sua sanctitas expectat, vt Mauris in Hispania, & Calumnistis in Gallia victis, ij duo reges, aut eorum alter cogat reginam nostram suscipere fidem catholicam: primũ q̃ merito dubitari potest, q̃ tarde hij hostes vincendi sunt; etiam multo magis dubitetur, an qui victi erunt, ij reges velint hoc in se suscipere, quod sua sanctitas cupit. praeterea, si per ipsorum Anglorum vires posset remedium huic malo adhiberi, nonne pr̃staret illibatos conseruasse veteres regnorũ terminos, q̃ vt Anglia vel Gallo vel Hispano subjceretur? Ea enim res perpetui belli occasio futura est, non modo Anglis iugũ vitare conantibus, sed vel Gallis contra Hispanos, vel Hispanis contra Gallos ob eiusdem insulae aut

imperium